



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 79. Pestis Basileæ grassans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. in hoc morem gerentes Sessionis septem
A C. 1439. mæ statuto, quo præceptum erat, ut si
cra Sede vacante, non nisi elapsa se-
ginta dierum intervallo ad novi Pontificis
inaugurationem procederetur. Pre-
terea iidem, ut Concilii sui firmitati pro-
spicerent, declararunt, quod facta Eu-
genii depositione per recessum quorundam
que ab hac civitate Basileensi non sit,
censeatur Concilium dissolutum, sub quo
cunque obtentu, nisi consentientibus du-
bus partibus ejusdem Concilii, juxta decretum
undecimæ Sessionis ejusdem Synodi. Usque
hoc decretum magis adhuc firmarent,
ad illius executionem selecti sunt Prela-
torum nonnulli; quos de stabilitate
appellarunt, hinc & prædictæ Sessionis
inscriptio facta est de stabilitate Concilii.

§. LXXIX.

Pestis Basileam sœve depopulata.

Vix absoluta erat Sessionis ista, cum ecclæ-
sævissima lues tanta vi Basileam de-
vastat, & undique graffatur, ut ex Pe-
tribus plurimi Synodus dissolvere, ac ci-
tata fuga sibi consulere meditarentur.
Hujus mali vi e vivis excessit Ludovicus
Protonotarius, cuius supra meminimus.

*Æn. Sylv de Paucis ex post diebus Patriarcha Aqui-
gest. Conc. lejensis, magnus Regis Arragonie E-
Basili. in Fast. leemosynarius, Lubecensis, & Constan-*

tientis Episcopi, Abbas de Dona, & plu- Sæcul. XV.
res alii pariter obierunt. *Æneas Sylvius A.C. 1439.*
eadem lue correptus, mortem tamen e-
vasit (*) Joannes Pinanius vero Rotho-
magensis, Sylvii amicus, & primus Are-
latensis Cardinalis Secretarius hoc Dei
flagello tactus periit, summo Basileen-
sium Patrum luctu: Idem & ab *Ænea*
Sylvio alter ego appellabatur.

§. LXXX.

*Cardinalis Arelatensis constantia tem-
pore pestis.*

Cum singuli sibi præsentaneæ luis pe-
ricula timerent, mortemque vix non
in momenta expectarent, atque omnes
Cardinalem Arelatensem impense roga-
rent, ut ipsis in quamdam vicinam vil-
lam secedendi facultatem daret, spon-
derentque, se remittente nonnihil peste
prompte reddituros, Cardinalis tamen eo-
rum precibus fleti haud potuit, sed po-
tius cum vitæ suæ periculo Concilium
fustentare, quam cum periculo Concilii
servare vitam voluit. *Hæc Viri constan-*
tia

(*) *Ut malitiam, inquit Bzovius ad hunc*
annum num. 13, & proterviam Basileensium
aliquando erubesceret, denunciaret, & confr-
taret.